

✠ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno sexto decimo sed et Iohannes porfilogenito magno Imperatore eius filio anno quinto. die septima mensis iulii indictione quinta neapoli: Certum est nos landolfo et iohannes uterinis germanis filiis quidem stephani qui nominatur muscha. et quedam munda iugalium personarum abitoribus de loco qui vocatur pumilianu foris arcora dudum aqueductus. nos autem cum voluntate memorati stephani genitori nostri: A presenti die promictimus vobis dominus iacobus venerabilis igumeno. monasterii sanctorum sergii et bachii quod nunc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario. et cuncta vestra congregatione monachorum ipsius sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integras duas petias de terra ipsius vestri monasterii pertinentes. positas vero in memorato loco pummilianum. et sunt in uno coniuncte sicuti inter una et alia terras exfinat. set una ex ipse petie est per mensura modium unu. at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie. que vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio. offerui per firmissima chartula offertionis. memorati stephani qui nominatur muscha genitori nostro. cum voluntate de memorata munda coniuge sua genitrice nostra. per ordine sicut ipsa chartula offertionis vestra declarat. simul cum arboribus fructiferis vel infructiferis et cum introitibus suis omnibusque eis pertinentibus. et coheret sibi insimul at memoratas ambas petias de iamdictas terras ab uno latere et de uno capite terra de ipso genitori nostro sicut inter se
. exfinat. de alio latere carraria ipsius vestri monasterii. et a foris ipsa

✠ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nel decimo sesto anno di impero del signore nostro Alessio grande imperatore ma anche nel quinto anno di Giovanni porfirogenito suo figlio grande imperatore, nel giorno settimo del mese di luglio, quinta indizione, **neapoli**. Certo è che noi Landolfo e Giovanni, fratelli uterini figli invero di Stefano detto **muscha** e di Munda, coniugi, abitanti del luogo chiamato **pumilianu foris arcora** già dell'acquedotto, noi inoltre con il consenso del predetto Stefano genitore nostro, dal giorno presente promettiamo a voi domino Giacomo, venerabile egumeno del monastero dei santi Sergio e Bacco che ora è congregato nel monastero dei santi Teodoro e Sebastiano chiamato **casapicta** sito in **viridiario** e a tutta la vostra congregatione di monaci dello stesso santo e venerabile vostro monastero, per gli integri due pezzi di terra appartenenti allo stesso vostro monastero, siti invero nel predetto luogo **pummilianum** e che sono l'un l'altro adiacenti siccome una terra delimita l'altra, ma uno degli stessi pezzi è di misura moggia uno secondo il passo ferreo della santa chiesa **neapolitane**, che a voi e tramite voi allo stesso santo e venerabile vostro monastero ha offerto mediante fermissimo atto di offerta l'anzidetto Stefano detto **muscha** genitore nostro con il consenso della predetta Munda coniuge sua genitrice nostra, nel modo come lo stesso atto vostro di offerta dichiara con gli alberi fruttiferi o infruttiferi e con i suoi ingressi e con tutte le cose ad essi pertinenti e confina parimenti con ambedue i pezzi delle predette terre da un lato e da un capo la terra dello stesso genitore nostro come tra loro

carraria iterum et alia terra ipsius vestri monasterii. de alio capite terra iohanni qui nominatur de gayta. de ex ipso loco qualiter inter se exinat. hec autem ambe petie de memorata terra vestra ipsius sancti vestri monasterii pertinentes. ut super legitur. cum suis omnibus pertinentibus sicut superius legitur. nobis nostrisque heredibus. dedistis at detinendum seu laborandum. in eo enim tenore quatenus illud in vestra vestrisque heredibus sint potestate. tenendi et dominandi. seu laborandi. cum vobis et conciatorias et operarios. subta vel omnia expensa. caucumminas et vites per omni annuo apto tempore ibidem ponendi et plantandi. et de nostra semmente illud semminandi alium omnia et in omnibus queque ibidem necessum fuerit. et indigerit nos et heredes nostris illud facere et peragere debeamus. at nostrum expensum. et omnia quodcumque ibidem de inferius per annum nobis dominus deus dederit in quolibet seminatum. in nostra nostrisque heredibus sint potestate faciendi que voluerimus. set tantummodo nos et heredes nostris vobis vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio. de ex ipsa petia que ex ipsa terra hab antea fuit pertinente ipsius vestri monasterii terraticum de quale victum ibidem seminaberimus per omni annuo in estate. Idest quartas quinque vonum siccum tractum et mensuratum at culmu intus ipso vestro monasterio gratis sine omni atmaricatione. vinum vero mundum et saccapanna quantum de illa arbustum de ex ipse ambe petie de memorata terra ipsius vestri monasterii pertinentes ut super legitur. nobis per annum dominus deus dederit at palmentum nostrum que abemus in memorato loco. ubi nos et heredes nostris illud vindemiaberimus inter nobis illud dividere debeamus per medietatem. unde vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio exinde

delimita, dall'altro lato la carraia dello stesso vostro monastero e davanti alla stessa carraia parimenti un'altra terra dello stesso vostro monastero, dall'altro capo la terra di Giovanni detto **de gayta** dello stesso luogo come tra loro delimita. Inoltre, ambedue questi pezzi della predetta terra vostra appartenenti al vostro santo monastero, come sopra si legge, con tutte le cose a loro appartenenti, come sopra si legge, avete dato a noi e ai nostri eredi a tenere e lavorare per certo in quella condizione che in noi e nei nostri eredi sia la potestà di tenerli e possederli e di lavorarli con buoi e attrezzi e operai assumendoci ogni spesa, di porre e piantare ivi ogni anno nel tempo adatto sostegni e viti e di seminarli con nostra semente. E ogni altra cosa e in tutto che ivi fosse necessario noi e i nostri eredi lo dobbiamo fare e compiere a nostre spese. E ogni e qualsiasi cosa che ogni anno ivi Domineddio avrà dato a noi di sotto in qualsivoglia seminato, sia in noi e nei nostri eredi la facoltà di farne quel che vorremo. Ma, soltanto, noi e i nostri eredi *dobbiamo dare* ogni anno in estate a voi e ai vostri posteris e al predetto vostro monastero per il pezzo *di terra* che da prima fu appartenente al vostro monastero il terratico di quale alimento ivi semineremo, vale a dire cinque quarte, buono, secco, misurato al gambo e trasportato dentro il vostro monastero gratuitamente senza alcuna protesta. Invero il vino mondo e il vinello quanto a noi ogni anno dalle piante di ambedue i pezzi della predetta terra appartenenti al vostro monastero, come sopra si legge, Domineddio avrà dato, presso il nostro torchio, che abbiamo nel predetto luogo dove noi e i nostri eredi vendemmieremo, lo dobbiamo dividere tra noi a metà. Di cui voi e i vostri posteris e il predetto vostro monastero dovete pertanto prendere metà e noi e i nostri eredi

tollere debeat medietatem. et nos et heredes nostris. similiter exinde alia medietatem. set nos et heredes nostris illud vindemmiare debeamus at nostrum expensum. et donec illud vindemiaberimus vobis enutrire debeamus duas personas. ominus que ibi supra. at standum direxeritis ut iustum fuerit et quantas aquas necessum fuerit. per annum at ponendum in illa vinacia de ex ipse ube per memoratas saccapanna faciendum. nos et heredes nostris ibidem illa ponere debeamus at nostrum expensum. set ipsa medietate vestra que de ex ipso vinum mundum et saccapanna per annum vobis vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio exinde venerit nos et heredes nostris vobis ibidem illud conserbare debeamus in organeis nostris usque in die tertia. et vos vobis exinde illud atducere faciatis. at vestrum expensum. et nullatenus presummetis vos aut posteris vestris memoratoque vestro monasterio nec abeatis licentiam. aliquando tempore. memorate ambe petie de memorata terra ipsius vestri monasterii. cum suis omnibus pertinentibus. ut super legitur. nobis nostrisque heredibus tollere per nullum modum. vene nos et heredes nostris illud lavorantes et arbustantes de arvores et vites quomodo meruerit et sicut iustum fuerit et omnia memorata vobis adimplentes qualiter superius legitur. et vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio. nobis nostrisque heredibus illud defendere debeat ab omni omnes omnique personas et si nos et heredes nostris vonum illud non lavoraberimus et arbostaberimus. de arvores et vites quomodo meruerit et sicut iustum fuerit. et omnia memorata vobis adimplentes licentiam abeatis nobis illud tollere et dare cui volueritis sicuti et quomodo in omnibus illud declarat alia simile chartula recapitulata que vos nobis exinde fecistis. Quia ita nobis stetit si autem et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut

similmente dunque l'altra metà. Ma noi e i nostri eredi dobbiamo vendemmiare a nostre spese e finché vendemmieremo dobbiamo nutrire per voi due persone che ivi manderete a soprastare come sarà giusto. E quanta acqua sarà necessario ogni anno per porre nelle vinaccie delle stesse uve per fare l'anzidetto vinello, noi e i nostri eredi la dobbiamo porre ivi a nostre spese. Ma la metà vostra del vino mondo e del vinello che dunque ogni anno verrà a voi e ai vostri posteris e al predetto vostro monasterio, noi e i nostri eredi dobbiamo ivi conservare per voi nelle nostri botti fino a tre giorni e voi la dovete pertanto far portare a vostre spese. E per niente voi o i vostri posteris o il predetto vostro monasterio presumiate né abbiate licenza in qualsiasi tempo di togliere in nessun modo a noi e ai nostri eredi ambedue i predetti pezzi della suddetta terra del vostro monasterio con tutte le cose a loro pertinenti, come sopra si legge, se noi e i nostri eredi bene li lavoriamo e piantiamo alberi e viti come sarà opportuno e giusto e adempiamo per voi tutte le cose anzidette, come sopra si legge. E voi e i vostri posteris e il predetto vostro monasterio dovete difenderli per noi e per i nostri eredi da ogni uomo e da ogni persona. E se noi e i nostri eredi non li lavoreremo bene e non pianteremo alberi e viti come sarà opportuno e giusto e non adempiremo per voi tutte le cose menzionate, abbiate licenza di toglierli a noi e di darli a chi vorrete, come e nel modo in cui lo dichiara l'altro simile atto di riepilogo che pertanto voi avete fatto a noi. Poiché così fu tra noi stabilito. Se poi in qualcosa offendessimo in qualsiasi modo o tramite persone subordinate allora noi ed i nostri eredi paghiamo come ammenda a voi ed ai vostri posteris ed al predetto vostro monasterio quaranta solidi aurei di Bisanzio e questo atto, come sopra si legge, sia fermo, scritto per mano del curiale Stefano, a cui fu chiesto

summissis personis tunc componimus nos
et heredes nostris vobis vestrisque posteris
memoratoque vestro monasterio. auri
solidos quadraginta bythianteos. et hec
chartula ut super legitur. sit firma scripta
per manus stephani curialis quem scribere
rogatus per memorata quinta indictione ✕
hoc signum ✕ memoratis germanis ipsi
vero cum voluntate memorati genitori sui
quod ego qui memoratos pro eis subscripsi
✕

✕ ego iohannes filius domini sergii
testi subscripsi ✕

✕ ego gregorius curialis testis
subscripsi ✕

✕ ego iohannes filius domini sergii
testi subscripsi ✕

✕ ego stephanus curialis complevi et
absolvi per memorata indictione ✕

di scrivere per l'anzidetta quinta
indizione. ✕ Questo è il segno ✕ degli
anzidetti fratelli, gli stessi invero con la
volontà del predetto loro genitore, che io
anzidetto per loro sottoscrissi. ✕

✕ Io Giovanni, figlio di domino
Sergio, come teste sottoscrissi. ✕

✕ Io curiale Gregorio come teste
sottoscrissi. ✕

✕ Io Giovanni, figlio di domino
Sergio, come teste sottoscrissi. ✕

✕ Io curiale Stefano completai e
perfezionai per l'anzidetta indizione. ✕